

enim excitando validè digerunt, externos corporis meatus  
aperiunt, humores extenuant & discutunt.

LXXXII. *Somnus* sit nocturnus non multus, vigiliæ enim  
digerendo resolvunt. Lectus non sit mollis, cui substernantur  
herbæ validè exsiccentes. Aëtius enim ait, quod mirificam  
vim per quietem exsiccandi obtineant. *Excrementa* alvi quo-  
tidie excernantur; si subsistant, arte moveantur, sitq; frequens  
rhabarbari usus in pulvere cum spec. diarthod. abbatis. Cly-  
steribus etiam interdum sollicitetur alvus, interdum supposti-  
toriis. Venus tanquam perniciosissima vitetur, neque obstat,  
quod *Hippocr. 6. Epid. s. 5. t. 22.* secund. Valles. venerem in morbis  
pituitosis commendet. *Tristitia* atque timor quemadmodum  
obstant, eò, quod digestionem impediunt: sic non nihil  
juvat ira, contentio, quæ calorem  
excitare possunt.

FINIS

